



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Unio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

hoc verbo *Visitatio*, ubi quamplurima habebis pro practica quotidiana, tam ex declarationibus sacratum Congregat. quam ex Bulla summi Pontificis.

VOTUM.

Primo, utrum cum eo, qui vovit nunquam nubendi, possit dispensare Episcopus. Prima opinio, Navar. cap. 22. n. 85. & Flor. Theol. 4. *Sent. tract. de voto, art. 2. difficul. 71.* non posse, imò Navar. loco citato, quòd de stylo Curie non sine magna difficultate & causa in eo dispensatur, Caiet. *ibidem in 3. Tomo opus. in quest. pen. de hoc.* Secunda opinio est ejusdem Navar. immemoris sui ipsius, cap. 11. num. 76. Soto libro 7. q. 2. ar. 1. ad tertium, *argum. de just. & iure, & in 4. Sent. dist. 38. quest. 2. art. 1. conclus. 1. in fine, Sylv. in ver. votum, quarto, in fine, isti dicunt posse, & ita ego tenerem.* Ratio omnium est, quia votum de non nubendo non est votum castitatis. Secundo, quia sumus in penalibus, hoc etiam tenet Angel. *verb. votum 4. §. 9.* ita etiam votum de non tangendo mulierem libidinosè, non est votum castitatis, & sicut in hoc, ita in illo potest Episcopus dispensare, Navar. 1. *conf. 42. de voto.*

Secundo, utrum si quis vovit centum alicui Ecclesie, possint illa centum auctoritate superioris in aliam Ecclesiam commutari? Affirmativè respondet Caiet. in tertio Tomo opus. Flor. Theol. loco citato 2. p. tract. de voto difficul. 6. conclus. 2. *dub. 2. art. ult.* & ratio est, quia primæ Ecclesie nondum aliquod erat acquisitum jus, cetera vide in Doctoribus. I-

dem Navar. tract. de reddit. Eccl. 41. mon. 60. num. 1. quia non est donatum, sed votum irrevocabiler, sed est locus poenitentiae. D. Th. 2. 2. quest. 88. art. 5. & in 4. *Senten. dist. 38. quest. 1. art. 1. ad quintum. & Navar. conf. 38. de voto.*

Tertio, votum factum à defuncto tenetur hæres adimplere, Abb. in cap. licet. num. 4. de voto, Host. in Summ. de voto, §. *utrum, ver. sed nunquid hæres.*

Quarto, vovens ingredi religionem arctiorem, potest per Episcopum dispensari, ut laxiorem ingrediatur. Navar. *conf. 41. de Regular.*

Quinto, Ordinarius potest ex causa dispensare super voto simplici castitatis, puta ex periculo incontinentie, Navar. loco citato, *conf. 42. num. 7.*

Sexto, vota commutandi quænam sint causæ potissimæ assignandæ? Respondetur primò, quòd levitas vovendi, secundo, perturbatio animi, tertio, gravis ætas, quarto periculum, quinto, mutatio complexionis, sexto, mutatio status, & alias causas poteris videre in *conf. 4. §. 22. de voto.*

Septimo, utrum votum sacerdotandi, vel presbyterandi possit commutari ab Episcopo vel Episcopale auctoritatem habente? Respondetur affirmativè, eo quòd non sit votum castitatis, nec religionis, Navar. loco citato *conf. 19.*

UNIO.

SUMMARIUM.

- 1 De unione beneficiorum videnda sunt hæc. primum, utrum parochie possint uniri ad invicem. 2. 413

- 2 An possint uniri Cathedralibus, vel Canonis collegiatis.
- 3 An parochiales Ecclesie possint redigi in beneficia simplicia.
- 4 Quando reperiuntur unita in Cathedralibus, vel collegiatis, & c. quid agendum sit ab Ordinario.
- 5 Quando unita sunt iuri patronatus.
- 6 Uniones omnes, quando, & quomodo revideri, reformari, & annullari possunt ab Ordinario.
- 7 Quae beneficia possunt uniri, & an antequam vacent, & cui.
- 8 Quibus nullo modo parochiales, sive quilibet beneficia sint unienda.
- 9 Quomodo debeat fieri unio.
- 10 An in unionibus istis requiratur consensus Capituli.
- 11 An hoc possit Capitulum Sede vacante.
- 12 Quot modis fiat unio.
- 13 An Ablates, vel inferiores Prelati, habentes Ecclesias pleno jure, possint uniri Ecclesias, vel hoc prescribere.
- 14 Quot modis dissolvatur unio.
- 15 An unio possit fieri ad tempus.

AD primum, dictum est supra in ver. parochia. §. 6. de multiplic. paroch. modò de unione dicendum, de qua sac. Conc. sess. 25. cap. 3. de reform. ita disponit: Episcopum tanquam Sed. Apost. deleg. posse (sine tamen præjudicio obtinentium) facere union. perpet. quarumque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, etiam si dictæ Ecclesie, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, vel qualitercunque affectæ, idem Clem. secunda, de reb. Eccl. non alien.

cap. unico, 10. questio 3. cap. sic unire, de excess. prelat.

Ad secundum respondetur, quòd non sine summi Pontificis auctoritate, ita sac. Conc. sess. 24. cap. 13. de reform. & sic videtur correctæ decisio Rotæ 1. de offic. leg. in novis. vide Abb. in cap. exposuisti, num. 1. de prebend.

Ad tertium, Conc. sess. 25. cap. 16. de reform. tria disponit. Primum, ut beneficia secularia ecclesiastica, quæ curam animarum habent quomodocunque, non possint converti in simplex beneficium, etiam si assignetur Vicario perpetuo congrui portio. Secundum, ubi sic ab immemorabili tempore contra earum institutionem animarum cura in perpetuum translata est, si eidem Vicario non fuerit assignata portio, ea quamprimum arbitrio Ordinarii assignetur, prout alias, sess. 7. cap. 7. de reform. statutum est, Clem. 1. de jure patron. Tertium, si id commodè fieri non potest, vel intra terminum, sibi præfixum, succedente vacatione, redibit ad priorem statum, i. ad curam animarum cum parochia suo, & restituitur in antiquum statum, & si cessat nomen Vicarii, facit glossa cap. licet Canon. in ver. parochialis, de elect. libro 6.

Dices, in c. 7. sess. 21. ubi censet parochiales collapsas, etiam si juris patronatus fuerint, si non possunt instaurari ex fructibus & proventibus quibuscunque ad eandem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, vel parochianorum symbolis, si nimia egestate laborent, ad Matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, prout dictum est superius in ver. visitatio. dub. 9. & sac. Congreg. declarat. 306. censuit

haec verba : *Si populus nolit Ecclesiam restaurare, quae minatur ruinam, ea debet penitus dirui, & in alia dec larat. quast. 249* pro reparatione parochialium Ecclesiarum servanda sunt decreta facti. Conc. *sess. 21. cap. 7. §. parochiales*, nec pro reparatione praedicta sequestrandi sunt fructus necessarii pro victu parochi : accedit praeterea, quod in aliquibus locis parochiales sunt intra nemora, distantes ab habitationibus, & propterea transferri oporteat eas intra habitationes, & in facto facile contingit. Ad haec omnia responderetur, quod non contradicunt dictis sac. Conc. nam solum negat, & prohibet parochiales converti in beneficia simplicia, non autem translationem illarum pro majori populorum utilitate, Ecclesiarum decentia, & Sacramentorum commodiori, & faciliori administratione, & quando sic translata fuerunt, transeant cum onere suo, nec propterea sit beneficium simplex, & qui voluerit ad illam assumi, subest decreto sac. Conc. prout dixi in *ver. parochia, §. cap. licet Canon. Staph. de lit. grat. fol. 77. num. 3.* & quot modis possit fieri unio, vide gloss. in c. r. in verbo *unienda, c. ne sede vacante, sicut unire de excess. prelat. Staph. loco citato. fol. 146. num. 7. §. infra, gloss. in cap. §. temporis qualitas, 16. quast. 1. in ver. unio.*

Ad Quartum responderetur, ad hoc providisse sac. Conc. *sess. 7. cap. 7. de reform.* ut subjaceant visitationi Ordinarij singulis annis, & eis provideat Ordinarius de Vicario idoneo, vel perpetuo, vel aliter, ut ipsi magis videatur expedire, cum tertiae partis fructuum assignatione, plus minusve arbitrio suo, idem *ibidem cap. 5.*

Ad Quintum, vide idem Conc. *sess. 25. cap. 9. §. insuper cessiones*, & juxta illud poterit praticari, & Rebuff. *ut. de unio, gl. 2. num. 7.* & beneficium juris patronatus si fuerit unicum sine consensu omnium patronorum, nulla est unio. *Caputaq. dec. 396. par. 3.*

Ad Sextum, idem sac. Conc. *sess. 7. cap. 6. de reform.* ubi videto, an decretum illud loquatur de unionibus factis per concessionem Sedis Apostolicae, vel Ordinariorum, & dixi *superius in ver. visitator, dub. 10.* & vide Rebuff. *pract. benef. in 3. par. for. sign. grat. num. 22.* & sac. Congregat. *declar. 170.* ita censuit, duae parochiae, quae per consuetudinem, quae per quadraginta annos viguerit, tanquam unitae fuerint, earum sic possessor non est molestandus, & tempus quadraginta annorum currit a publicatione Conc. prout censuit sac. Congregat. *declarat. 50.* quae fuit anno 1564. 7. Kalendas Maij.

Ad septimum, omnia beneficia bene possunt uniri, etiam parochialium, ut dictum est *supra ad tertium*, sed hic est notandum. Primo, quod Episcopi possunt unire Ecclesiam alteri perpetuo, & non ad tempus, *Staph. loco citato, n. 19. Gem. cons. 98. in col. 6.* Secundo, quod possunt uniri de Cathedralibus seu collegiatis insignibus ubi praebendae sunt adeo tenues, simul cum quotidianis distributionibus, beneficia simplicia, non tamen regularia, per Episcopum cum consensu Capituli, *sess. 24. cap. 15. de reform.* Tertio, quod idem statuit, ut uniri eadem possint parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeo sunt exigui, ut debitis nequeant

M m m oneribus

oneribus satisfieri, idem *cap. 13. §. in parochialibus. Quartò, Seminario, cap. ult. sess. 2. de reform.* & hoc ampliatur, etiam antequam vacent, ut patet ibi *in ver. nec non. §. in §. succedente, verò*, etiam si sint affecta, etiam si vacent in Curia, quocunque modo, Abb. *in Clem. si una, num. de reb. Eccles. non alien. §. in cap. de donat. sac. Congreg. declarat. 474.* & quòd beneficia possunt uniri, antequam vacent, habetur *in capitulo, §. temporum qualitas, 16. questio 1.* & ibi glossa *in ver. unio, §. capitulo 1. ne sede vacante.* Staph. *lococitato, fol. 52. num. tertio, Gom. de expectat. num. 117. cap. exposuisti, de prebend. Navar. libro 3. tit. de reb. Eccles. non alien. cons. 15. num. 3. notab. 4. §. cons. 1 de restit. spol. num. 10.* quòd requiratur consensus Capituli in unionibus, vide *cap. 2. de relig. dom. Clem. fin. de reb. Eccles. non alien. Reb. de unio. revoc. num. 24.*

Primum dubium, Episcopus facit unionem beneficii vacantis, prout supra, & aliquis succedente vacatione, impetrat illud à Papa, an dicta unio fortietur effectum suum, & impetratio erit nulla, vel è contra? Respondetur primò, quòd quoad Seminarium, non irritabitur unio, nec impedietur ullo pacto, *Con. lococitato, ver. nec per resign. dec. sac. Congreg. 474.* de aliis verò unionibus distinguere, vel Papa reservavit beneficium, antequam Episcopus illud uniret, & tunc tenet collatio facta per Papam pro illa vice, & succedente vacatione, unio fortietur effectum suum, si verò unio Episcopi præcedit collationem Papæ, & Papa confert motu proprio, etiam non facta mentione de unione, Dico, quòd

tunc tenet provisio & cum vacatio successerit, unio subsistet: si verò Papa contulerit ad instantiam alicuius, non facta mentione unionis, dico, quòd provisio tunc erit nulla. Vide pro his Selvam, 3. parte, *questio 2. nu. 26. qualitat. 14.* Staph. *fol. 53. §. 54. per totum, decif. Rotæ 3. de rerum permut. in antiquis, §. decif. 3. & 5. de reb. Eccles. non alien. in antiquis, facit cap. super eo, de offi. deleg. & Reg. Cancel. de non tol. iure questio, ampliatur hoc, quòd etiam Episcopus possit donare seu concedere beneficium alicui Monasterio, sine tamen præiudicio Rectoris, qui illud tenet, dum vivit, Abb. *lococitato, num. 2.* & hoc etiam si collatio ipsius beneficii pertinent ad inferiorem Prælatum, Abb. *ibidem, Ampliatur secundò, quòd gratiæ expectatiæ non tollunt Ordinarii potestatem uniendi, etiam post processum per exequentorem, Fel. in c. ad aures, de rescript. decif. Rotæ 4. citata. Ampliatur tertio, quòd beneficium unitum non potest permutari, ratio assignatur à Staph. fol. 162. n. 6. & de hac unione vide Panorm. *in cap. sicut unire, num. 7.* & ibi Alex. de Nevo *in addu. in litera D. Rebuff. ni. de unione, num. 31.***

Secundum dubium, quòd si Episcopus fuerit negligens in conferendo beneficium, adeò quòd devolutum esset ad Papam, an possit hoc beneficium sic devolutum unire dictus Episcopus Seminario, vel parochiæ, vel Cathedralibus, vel Collegiatis, ut supra? Prima opinio est Gemin. *in cap. si tibi absenti, num. 16. de preb. libro 6.* & ibi glossa *in ver. personam.* quòd non, & dixi *in ver. Seminarium, §. 5.* Secunda est Rebuff. *lococitato, de devolut.*

volut. num. 31. dicit quòd sic, idem Abb. in cap. sicut unire, num. 6. de excess. pralat. & in cap. Consultationibus, num. 4. de donat. & cum secunda opinione ego censere in. Ratio est, quia satis est quòd tua negligètia sit privatus, ut non possit illud conferre, cum ipse vellet, vide Anchar. in cap. 2. ne sede vacante, & Imol. in cap. 1. eod. tit.

Tertium dubium, quòd si aliquis scit beneficium, quod habet, fuisse ab Episcopo unitum ut supra (nam beneficium antequam vacet posse uniri diximus) an possit illud permutare cum alio? Negativè responderet Gom. in quest. 15. de infir. resign. Ratio, nihil dicitur cedere, vel resignare, cum sit unitum cum aliquo alio beneficio, cum quo confusum est, Stapl. de lit. grat. fol. 162. num. 6. & alia ratio est, quia per multas permutationes unio redderetur inutilis.

Quartum dubium, an Episcopus possit unire beneficium juris patronatus, tam ecclesiastici, quam laicalis? negativè responderetur sine consensu illorum, quorum interest, gl. off. in clem. 5. si. in ver. defensor, de reb. Eccl. non alien. Cov. tract. quest. cap. 36. num. 2. ver. 11. quest. 1.

Quintum dubium, an Episcopus possit unire Monasterium Monialium, cum sublit causa; sac. Congreg. declar. 221. negativè censuit, nisi auctoritate summi Pontificis.

Ad octavum responderetur ex sac. Conc. Trident. sess. 14. cap. 9. de reform. ubi censuit in hæc verba: Beneficia unius Diocesis, etiam si parochiales Ecclesia Vicaria perpetua, aut beneficia simplicia, seu prestimonialia, aut prestimonialia fuerint, etiam

ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacunque de causa alterius Diocesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco, etiam pro perpetuo non uniantur, quo fit beneficia unius Diocesis uniri non posse beneficiis alterius Diocesis, & sess. 24. cap. 13. §. in unionibus. In unionibus quibuslibet Ecclesia parochiales monasterius quibuscunque, aut Abbatis, seu dignitatibus, sive prebendis Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, sive aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militibusque uniantur. v. de circa hoc quæ diximus superius, §. 3. ver. dices, vide Afflict. dec. 17. nu. 4. nec beneficia litigiosa pendente lite possunt uniri, Rebuff. loco citat. num. 8.

Ad nonum, debet fieri authent. script. vel decretis visitationum, quibus posset probari dicta unio, per ea, quæ dicta sunt superius, in ver. Bulla, alioquin vacare censerentur dicta beneficia unita, si solo verbo, & facto unirentur, & hoc accidit in facto Beneventi, ubi quædam beneficia erant unita seminatio, solo verbo, & facto, sicque per multos annos unita steterunt: sed Reverendissimus Nuncius Apostolicus hoc præsentiens, tulit sententiam, qua dictas uniones irritavit, & condemnavit Seminarium Beneventanum ad multam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim male perceptis, prout dixi in ver. beneficium, §. ver. quoad secundam partem, & Reb. in reg. de unio. gloss. 9. ver. nec creditur. habet, quòd nec instrumento, super unione confecto creditur intervenisse omnes solennitates apparentes. Dico secundò, quòd unio debet fieri de digno digniori,

non è contra, unde parochia non potest uniri capellanæ, sed bene Canonicatui, *cap. exposuisti, cap. super eo, de præb. Reb. tit. unione, num. 15. & 16.*

Ad decimum respondetur affirmativè, eam in unione faciendam, quam in ea revocanda, *Reb. de unio. revoc. num. 24.*

Ad Undecimum, respondetur affirmativè, *Rebuff. tit. de devolut. num. 100.*

Ad Duodecimum, vide *Iser in cap. Corradi. num. 27. & Innoc. & Hostiens. in cap. 2. de nov. ope. nunc. & multa de unione Ecclesiarum, vide Iser. loco citato, à num. 4. & infra, & Innoc. in cap. 1. num. 1. ne sede vacante, & ibi Abb. num. 6. & Innoc. in cap. novit. num. 1. ne sede vacante Hostiens. in Summ. tit. ne sede vacante, §. quot modis fiat.*

Ad Decimum tertium, quoad primum, *gloss. in Clem. 2. in ver. Episcopum, & ibi Abb. num. 1. & sequentib. de reb. Eccles. non alien. dicit, quod non, quod ad secundum, gloss. in Clem. Neis agro, §. ad hac, in ver. ordinarios, de stat. monach. dicit, quod sic, Rebuff. loco citato, num. 42.*

Ad Decimum quartum, vide *Abb. in dict. cap. 1. num. 2. ne sede vacante.*

Ad Decimum quintum respondetur affirmativè, *ex cap. ne sede vacante, cap. quemadmodum Abbas, de offic. deleg. Rebuff. loco citato, num. 9. 22. & 31. cetera vide in Additionibus maioribus.*

U S U R A.

Primò, qua pœna puniatur Clericus usurarius? vide *cap. præterea, de usur. Diaz. pract. crim. Can. cap. 82. Covar. libro 8. cap. 3. num. 3. var. resol. ubi primò ha-*

bes pœnam infamiæ, & sic inhabilis ad beneficia, per *cap. infamibus, de reg. iur. libro 6.*

Secundo, est suspensio in prima vice, ad tempus.

Tertio, & si redierit ad vomitum, suspensio ab officio, & beneficio.

Quarto, si perstiterit, deponatur: hæc dicunt in *Summa Diaz. & Covar. locis citatis.*

Secundo, quia hoc crimen sæpe sapius solet committi cum singularibus personis, & clandestinè, dubitatur an dictæ singulares personæ, & quæ mutuo usurariè ab usurario aliquid acceperunt, probent contra usurarium? Et certè *Cov. loco citato, num. 5. dicit, primò, quod non, cum unus testis deponat de uno actu, ita Abb. cons. 42. libro 1. dicit secundò, quod si ad testificationem singularium concurrerent aliquot aliæ circumstantiæ, scilicet multitudo testificantium, aliave præsumptio, tunc erit sufficiens testimonium tertium singularium, Alex. consil. 100. num. 5. libro 1. Idem Vinc. de Fran. decisio 105. num. 21. ubi dat pulchram rationem, quia sufficit probare factum. Tertio, *Poller. in pract. crim. in fragm. ca. de usur. num. 52. dicit esse constitutum in Regno, ut per tres testes in facto proprio, & singulares convineatur quis de usura, modò fama prius sit probata per num. 55. 113. & 128. vide Bal. in Marg. Innoc. in ver. testes, quando singulares probant.**

Tertium, an crimen usurarium sit merè ecclesiasticum? Et *Cotic. loco citato, num. 1. ver. 3. dicit, quod est mixti fori, atquò quòd in laicos laicus, & in Ecclesiasticos*